



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

Symbola Aliqvot Illustr. Principum Germaniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

*Qui legis has Apinas, aut Tricas, cande Leſta,  
Candidus ut maneas, confule quæſo boni,  
Aestas hæſce dedit: ſimilis Autumnus Hyemsq;  
Verque nouum Tricas mox, Apinesq; dabat.*

SYMBOLA ALIQUIT  
• Illuſtr. Principum Ger-  
maniæ.

PHILIPPI LVDOVICI COM.  
Palat. Rheni.

*Christus meum aſylum.*

*Seu morior, ſeu viuo, M E V M ſit CHRISTUS  
( A S Y L U M )*

*Mortis hic, & vitæ ſacra ſit ara mea.*

IOANNIS COM. PAL.  
Illumina oculos meos Domine.

*Luce tua D E U S, oro, meos ILLVMINA ocellos  
Nam ſine luce tua cæcutit omnis homo.*

OTHONIS HENRICI  
Com. Palat. Rhen.

*Deum time: Regem honora.*

*Cœli jura tenet Deus, at rex orbis: HONORA  
Sic REGEM, fida mente, D E V M q; TIME.*

FRIDERICI COM. PAL.

*Iuſtitia ſtabilitur thronus.*

IVSTI

*W*ESTITIA THRONVS imperij STA-  
(BILITVR in orbe:  
Firmiter ille regit, quem Dea sancta regit.

CAROLI COM. PAL.

Iustitia exaltat gentem.

Sicutius, quicunque suam vult crescere gentem:  
*W*ESTITIA EXALTAT firmatam  
(robore GENTEM.

LUDOVICI ELECT. PAL,

Allding zergenglich.

*O*MNIA PRÆTERE VNT, que cœ-  
(lum, terra, fretumque

Continet: æternum præter amare Deum.

IOAN. CASIMIRI COM. PAL.

Sincerè, & constanter.

*S*INCERE quicquid facis, ET CON-  
(STANTER: honeste

Hoc facis: & laudem sic probitatis habes.

GUILIELMI DVC. BOIORVM.

Dulce amarum Patientia.

*D*ULCORAT omne sibi PATIENTIA,  
(quicquid A MARVM est:

Dulcia qui meruit, gustat amara prius.

FERDINANDI DVC. BAVARIÆ.

Vide, cui fidas;

*Fide,*

Fide, sed antè *VIDE, CVI FIDAS:*

(dere munda

*Plena dolis: res est fidere tuta Deo.*

**GVILIELMI DVC. IVLIACENS**

Christus spes vna salutis.

*Non lex, aut virtus: CHRISTVS SPES*

(*VNA SALVTIS*)

*Fidentes supera qui sibi seruat ope.*

**GEORGII IOANNIS COM. PAL**

In via virtuti nulla via.

**INVIA VIRTUTI NVLLA**

(*VIA: tendit in*

*Virtus: nec molli tramie tentat iter.*

**IO. ERNESTI DVC. SAXONIE**

Vincit sapientia robur.

*Si ratio vires VINCIT, SAPIENTIA*

(*ROBVR*)

*Fortior est, animus cui bene, mensque sapit.*

**IO. CASIMIRI DVC. SAXONIE**

Virtus post fata superstes.

*Omnia sunt mortis: VIRTUS POST*

(*TA SVPERSTES*)

*Sola manet, virtus namque perire nequit.*

**GVILIELMI DVCIS BRVN-**

suigij & Lunæburgij.

*Spes*

Spes mea Christus.

Quicquid agam, patiarne: MEA est SPES  
(vnica CHRISTVS:  
Per quem spiro, pec hunc spero perenne bonū.

GVLIELMI LANDGR. HASSIÆ.

Vivit post funera virtus.

Quis mori certū est. VIVIT POST FV-  
(NERA VIRTUS:

Immeritis, cœlum pandit, & astra, mori.  
LVDOVICI LANDGR. HASSIÆ.

J. G. G. J. A. N.

Fido Deo, quoties fors hic me dura fatigat:  
Qui didicit Domino fidere, saluus erit.

PHILIPPI LANDGR. HASSIÆ.

M. H. Z. W.

SPES MEA tu DEVS es: timor hanc si  
(fortè malorum

Vicit: vincit amor mox, bonitasque Dei.

GEORGII LANDGR. HASSIÆ.

Respice finem.

Quicquid agis, prudens age: sic & RESPICE  
(FINE M:

Situ, quæ profunt, res benè semper agis.

LVDOVICI DVCIS VVIR-  
tebergici, & Teccij.

N. G. W. G.

*Non mea, sed fiat, DEVS ô, tua sancta voluntas  
Quod tu vis, hoc me fac quoque velle Deum.*

IOANNIS DVCIS ME-  
GAPOLENSIS.

Principis est virtus maxima, nosse Deum.

Principis est si prima Deum bene noscere virtus.

Principis est virtus altera nosse suos.

LECTORI. S.

Pagellis aliquot vacantibus, subijcere nobis libuit.  
Symbola Heroica è multis pauca : quæ à summis  
regibus, & principibus, alijsq; viris illustribus vi-  
pata ; uno aliquando volumine in lucem simul pos-  
tibunt omnia. Interea hanc opellam nostram  
ni consule, & Vale.

F I N I S.



L A V I N G E  
Excudebat Leonhardus Rein-  
michælius.